

# **Codex Laureshamensis, Bd. II, Kopialbuch, I. Teil: Oberrhein-, Lobden-, Worms-, Nahe- und Speiergau. Nr. 243 (Reg. 1004)**

In Christi nomine sub die idus mai. Ego Stalus dono ad sanctum Nazarium mrem. qui requiescit in corpore in monasterio quod vocatur Laur., super fluvium Wisscoz situm, hoc est in Basinsheim vineam i plantariam, et terram novariam, ad vineam faciendam, a die presente, trado atque transfundo, in dei nomine perpetualiter ad possidendum, ita ut ab hac die et deinceps ad ipsum locum sanctum, vel ad agentes ipsius omni tempore proficiat in augmentum, stipulatione subnixa. Actum in monasterio Laur., sub die et tempore quo supra. S. Stalo qui hanc cartam donationis fieri, et firmari rogavit. Ego Samuel rogatus scripsi.